

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas ab
cum fonte primo

Caritas robur est fidei, fides fortitudo est caritatis,
et tunc uerum nomen est, ac uerus est fructus ambarum,
cum insolubilis manet utriusque connexio.
Vbi enim non simul fuerunt simul desunt,
quia inuicem sibi et iuuamen et lumen sunt,
donec desiderium credulitatis impleat,
remuneratio uisionis et incommutabiliter uideatur
et ametur quod nunc et sine fide non diligitur
et sine dilectione non creditur.

Leo de ieiunio VII. mensis in sermone.

Caritas robur fidei, fides fortitudo est caritatis.
Et tunc uerum nomen ambarum ac uerus est fructus,
cum insolubilis manet utriusque conexio.
Vbi enim non simul fuerint, simul desunt,
quia inuicem sibi et iuuamen et lumen sunt,
donec desiderium credulitatis impleat
remuneratio uisionis, et incommutabiliter uideatur
et ametur, quod nunc et sine fide non diligitur,
et sine dilectione non creditur.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 45
(CCSL 138A, A. Chavasse ed., p.265, ll.48-55).